


A. J. V. H. I.



II. Fol. 25^c (Band 2.)

(cat. 1678)



1758 April 1758. N. 213 21
Dictatum Ratisbonæ die *ii. Martii* Aprilis
1758.
per Moguntinum.

Ad
S.R.I. COMITIA GENERALIA
MEMORIALE
LEGATI LEODIENSIS

Adversus
Judicata Camerae Imperialis.

Puncto confinium seu Limi-
tum Jurisdictionalium inter du-
as contiguas Dynastias de Cu-
renge & de Kermpf. &c.

RATISBONÆ,
TYPIS HENRICI GEORGII NEUBAUERI.

1728
per Memorandum

49

S. R. COMITIA GENERALIA
MEMORIALE
LEGATI LEODIENSIS

Advocatus
Judicatus Cancellarius Imperialis

Printed and sold by
the bookseller, near the
St. George's Church, in
London.

PRINTED BY
T. HENRY, GEORGE-YARD



Sacri Romani Imperii Electorum Prin-
cipum ac Statuum

Reverendissimi, Illustrissimi, Amptissimi,
Doctissimi ad præsentia universalia Im-
perii Comitia Legati, Consilarii ac De-
putati,

Domini plurimùm honorandi.

Ex annexâ genuinâ Facti serie, quam Serenissi-
mus & Eminentissimus Episcopus & Princeps
Leodiensis Dominus meus Clementissimus præ-
sentandam per speciale Mandatum mihi commisit,
facile dignoscitur & ad Oculum patet quantum alte-
ratæ Serenitatis suæ & Episcopatus Leodiensis Privi-
legia, jura, ac Regalia per præcellsam Imperialem
Cameram contra Sacratissimas Constitutiones, Capi-
tulationes Cæsareas, variosque Reccessus Imperii no-
vissimos, Jurisdictionem in materiâ feudali, Imò
Domanialium Principis seu Bonorum Mensæ Episco-
pali incorporatorum per specialissima Privilegia exem-
ptorum sibi arrogantem, lædi ac violari velint; nec-
non quantum ejusdem Serenitatis suæ quâ S. R. I.
Principis & Constatûs præcellens Dignitas & Præro-
gativa vilipensâ fuerit per Mandatum S. C. ab eâdem
Camerâ Imperiali ad instantiam subditi, ne ullis qui-
dem prærequisitis Informatorialibus, relaxatum, alias
que assertis sententiis Cameralibus insperfas expressio-
nes omnino indecentes.

Cum

Cùm itaque in commune S. R. I. Electorum Principum statuumque gravamen necessariò cederet, si supremo huic Imperii Tribunali daretur Copia Exceptionis Privilegiorum, Exemptionis Bonorum Domanialium, & Jurisdictionis immediatæ in materiâ feudali Cameræ Imperiali non competentis; siquidem per Capitulationem Cæsaream Art. 21. §. 1. specificè inhibetur ne ullum ex supremis Imperii Dycafteriis Jurisdictionem Statuum Imperii & illorum Domini directi jura in casibus secundum jus feudale eo spectantibus, neque sub prætextu continentiae Causarum, neque Judicii universalis violare seu lædere præsumat. Exceptiones item Austregarum Primæ instantiæ, cæterasque (quæ in præsentī Casu limitum jurisdictionalium inter duas Toparchias, unam scilicet Domanio Principis incorporatam, alteram verò ab Eodem Principe in feudum Concessam de Consensu mutuo Serenissimi Principis quâ Domini directi ad Votum Cameræ suæ Rationariæ, ex unâ, & Vassalli ex alterâ partibus Anno 1745. postorum & nulli Liti- gio obnoxiorum eò evidentius locum sibi vendicant, quo Vassallus coram alio Judice in Causa feudali forum prorogando, jurisdictioni Domini directi præjudicare nequit pro primo & pro secundo ;

Cameræ Imperialis, si inter Vassallum & tertium non Vassallum super limitibus fundorum privatorum jus dicendi facultatem habere possêt, quam itidem respectu mediatorum in primâ instantiâ non habet; Lapidés tamen limitaneos feudi inter Jurisdictiones Contiguas Domini directi & Vassalli Anno 1745. collocatos ex Connexitate causæ nequaquam valeret amovere) Exceptiones, inquam, has prægnantissimas pro lubitu

tu suo non fundatas declarandi tamquam temerarias de plano rejiciendi, immò S. R. I. Principi in his audiri postulanti, audientiam denegandi, & præconceptionem in materiâ Secundum Imperii Recessus & ordinationes eò nullatenùs qualificatâ, Mandatum S. C. ad instantiam subditi & privati possessoris quorundam fundorum sub Districtu harum Toparchiarum Sitorum, & quoad limites jurisdictionales Contradictoris omninò illegitimi executioni usque ad eò demandandi, ac conquiescentes casus quoscunque exceptos viâ Mandati illicitò & immediatè non modò ad se trahendi, sed etiam de plano definiendi, & sine præviâ Cognitione eorum, quibus competit, terminandi.

Hinc idem Serenissimus & Eminentissimus Princeps Dominus meus Clementissimus in hâc Causâ verè communi contra præactum Cameræ Imperialis attentatum, & assertas Sententias infecutas, in calce ejusdem Facti seriei adjunctas S. H. injustas, & de se defectu jurisdictionis planè nullas, ad hæc publica Imperii Comitia recurrendum esse duxit, spe fretus, fore ut S. R. Imperii Electores, Principes & Status Eorundemque in præsentibus Comitiiis Congregati Domini Legati, Consilarii ac Deputati Jura & Privilegia Leodiensia suo in vigore conservare, & apud Sacram Cæsaream Majestatem intercedendo, per conclusum Imperii, veluti decenter petitur, rem eò deducere dignentur, ut omnia quæ ex parte Cameræ Imperialis in hoc casu limitum Jurisdictionalium prædictorum attentata, & prætenfè declarata fuerunt, de plano cassentur, & nulla ac irrita declarentur; Eidem Cameræ Imperiali insuper, prout habito ad Comitia recursu, Imperii Systema id exigit, inhibendo, ne quid interea
in

in hocce Limitum Jurisdictionalium negotio ulterius at-
tentando statuere & decernere præsumat; Sicque Se-
renissimi & Eminentissimi Principis Ejusdemque Epis-
copatus Leodiensis Privilegia, Jura & Regalia intacta
& illibata permaneant.

Quâ in re Reverendissimis, Illustrissimis, Nobi-
lissimis, Amplissimis, Doctissimisque Dominis Domi-
nis ad præsentia Comitia Legatis atque Deputatis eni-
xè commendo, ut faventem & opportunam à suis Prin-
cipalibus instructionem quantocius exquirant, totam-
que hanc causam informatione suâ Justitiæ Conformi
ac propensa fecudent atque suffulciant: Ad paria in
ejusmodi occurrentiis obsequia vicissim præstanda Ze-
lissimum me profiteor, & omni quâ par est, Ve-
neratione sum jugiter

Dominorum meorum Colendissimorum

Addictissimus & ad Obsequia quævis
paratissimus

Fridericus Carolus Liber Baro Karg de Bebenburg.

Tm 3467

2^o



$\frac{1}{B} \frac{6}{2}$

V078

m. C.



1758 April 1708.

N. 243

21

Dictatum Ratisbonæ die ~~ii Martii~~ *Aprilis*
1758.
per Moguntinum.

Ad

S.R.I. COMITIA GENERALIA

MEMORIALE

ATI LEODIENSIS

Adverfus

ata Camerae Imperialis.

Puncto confinium seu Limi-
tum Jurisdictionalium inter du-
as contiguas Dynastias de Cu-
reng & de Kermp. &c.

RATISBONÆ,
ENRICI GEORGHII NEUBAUERI.

